Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.
Wien, 1793 Seite 573
Quelle:
Copyright:

cum pigridibus (πιωρις) *edent.* C. XXVIII. *producens uinctos in uirtute. ſimiliter eos qui inhabitant in monumentis* &c. *Librum* III. non ubique cum duobus prioribus reperiri vix mirer; nequaquam enim *adverſus Judaeos* directus eſt, et *Cyprianus* ipſe in priore ad *Quirin.* epiſtola *libellorum* tantum *duorum* meminit. Malim itaque tertium hunc, ut Libellum ſingularem reſpici, inſcribique: *de religioſa Chriſtianorum Diſciplina*, nam titulum hunc Autor ipſe in praevia ad *Quirin.* epiſtola innuit. Hujus porro Libelli C. I. legitur: *Junior fui*, ſed manus coaeva ſuperaddidit *ue.* Adeſt praeterea totus ille locus *Matth.* 25. *Cum venerit filius hominis* &c. C. VIII. factum, quod voluit *Hieronymus* ad c. 4. *ad Ephes.* et 5. *Matth.* eraſa enim ſunt verba *ſine cauſa.* c. XII. contractior eſt *Matth.* Textus, quam in edit. C. XVII. deeſt locus *Macchab.* 2. c. 6. C. XX. deſunt omnia loca, quae in edit. habentur inter *Pſal.* 2. et *Pſal.* 33. Item C. XXIX. totus locus ex *Baruch.* C. CXIX. a verbis: *humilis corde*, adſunt omnia ut in edit. ſed legitur: *ſarcina mea leuis eſt*, pro *onus meum leve eſt.*

II. *fol.* 40. p. 2. *Incipit de Sacramento dominici Calicis. Cyprianus Caecilio Fratri Salutem.* Initium: *Quamquam ſciam Frater cariſſime epiſcopos plurimos* &c. Integra Epiſtola, ut in edit. *cit. col.* 225. *numero* LXIII.

III. *fol.* 45. p. 2. *Incipit Ad Confeſſores. Cyprianus Rogatiano et Ceteris Confeſſoribus In Domino perpetuam Salutem.* Initium: *Saluto Uos fratres cariſſimi Optans ipſe quoque* &c. In edit. *col.* 335. n. LXXXI. ubi etiam *Sergio* inſcribitur, et in fine adjicit *Victoris* diaconi ſalutationem.

IV. *fol.* 47. *Incipit ad Antonianum de Cornelio et Nouatiano. Cyprianus Antoniano Fratri Salutem.* Incipit: *Accepi primas Litteras tuas frater cariſſime* &c. Integra, ut in edit. *col.* 147. *n.* LII.

V. *fol.* 54. *Incipit Thibari ad Martyras et Confeſſores. Cyprianus Martyribus et Confeſſoribus Jheſu Chriſti Domini Noſtri In Deo perpetuam Salutem.* Initium: *Exulto laetus et gratulor fortiſſimi ac beatiſſimi fratres* &c. Integra, ut in edit. *col.* 43. n. VIII. ubi *Thibaris* urbs Provinciae *Byzacenae* non procul a *Carthagine* e titulo omittitur.

VI. *fol.* 56. *Incipit Moſi et Maximo Presbytero et ceteris Confeſſorib. Cyprianus Moſi et Maximo Presbytero et ceteris Confeſſoribus dilectiſſimis fratribus ſalutem.* Initium: *Gloriam fidei et uirtutis ueſtrae* &c. Integra, ut in edit. *col.* 81. *n.* XXV. ubi in titulo *Presbyteris.*

VII. *fol.* 56. p. 2. *Incipit Quibus Supra. Cyprianus moſi et maximo presbytero et ceteris confeſſoribus fratribus ſalutem.* Initium: *Et cunctos uos pariter et ſingulos repreſentauit adfectibus noſtris* &c. Integra, ut in edit. *col.* 59. *n.* XV. ubi in titulo rurſus *Presbyteris.*